



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Donum lacrymarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Mos illi erat vel oratione ad multam noctem protrahere , vel totas etiam noctes insomnes producere.

Loca ab arbitris remota , sublimiaq; , vtpote cōtemplationi aptiora libentius incolebat .

Donum lacrymarum.

LAcrymis adeò abundabat , vt in singulas propemodum preces confestim erumperent .

Ex Christi Domini Nostri vitæ , mortisque meditatione tantos percipiebat luctus , quantos ferre vix posset .

Aliorum dicta non secus ac si sua essent , deplorabat grauissimè .

Acerbissimæ Christi mortis nomen audire vix poterat , quin fluent ex oculis lacrymæ .

Ei demum fletui perenni quidē , atque uberrimo sese dederat , vt qui illum ita deflentem deprehendenterint , pro miraculo habuerint , eum oculorum aciem amisisse .

Sed

Sed absoluamus caput hoc exemplo. Gregorio Decimo quarto Summo Pontifice grauissimè æger cum esset, cyathum succi gallinacei, quem manu tenebat, ori nūquā admouere potuit; namque repentina de Christi Domini nostri morte cogitatio adeò eius perculsit animum, ut illico magno cū lacrymarū imbre clamaret: Tu mi Christe, Tu, qui Dominus es, in cruce, ego qui seruus, in lectulo! tu sine ministris, consolationibus spoliatus in cruce pendes, ego hic in lectulo iaceo tot stipatus filijs, qui mea solius soliciti sunt causa, ut me vnum expleant! & hæc cū diceret, lacrymas, quæ vbertim ex oculis manabant, fletumq; cum singultibus cohibere non poterat.

Mansuetudo.

EA erat animi mansuetudine, vt irasci nesciret: suos, aliosque ubi opus erat, maxima lenitate,

dexte-